



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

4 Papa potest ex causa, sua constitutione, vel rescripto, jus divinum interpretari, vel limitare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

**N**ISI rigor diſciplinæ quandoq; relaxetur, ex diſpenſatione miſericordiæ in nervum facile poſſet erumpi, multorum ideo crimina ſunt damnabilia, quæ tamen Eccleſia tolerat pro tempore, pro perſona, intuitu pietatis, vel neceſſitatis, ſive utilitatis, & pro eventu rei, ut in cap. requiritis, §. niſi rigor. 1. q. 7.

Unde cum ſupra viſum fuerit, quomodo beneficia conferantur, & penſiones ſerventur, in quibus pluries diſpenſationes requiruntur, in hoc capitulo de diſpenſatione, quid ſit, quot ſint ſpecies diſpenſationum, quis poſſit diſpenſare, qualiter ſit diſpenſatio facienda, & qui ſit effectus diſpenſationis breviter ſum verba facturus.

**1** Primò diſpenſatio eſt rigoris juris per eum, ad quem ſpectat, miſericors canonice facta relaxatio, ut d. §. niſi rigor. ubi etiam gloſſ. in verb. ut plerisque, & cap. ſeq. Abb. in cap. at ſi clerici, §. in adulteris, num. 12. de jud. & Hoſt. in ſum. numer. 1.

**2** Species autem ¶ diſpenſationum ſunt tres, quarum una eſt debita, alia prohibita, & alia permiſſa, gloſſ. in cap. ut conſtitueretur, in verb. detrahendum. 50. diſt. debita eſt cauſa neceſſitatis, permiſſa, utilitatis, ut in cap. & ſi illa. junct. gloſſ. in verb. vel temporum. 1. q. 7. prohibita eſt, ubicunque decoloratur ſtatus Eccleſiæ, quo caſu diſpenſari non poſſeſt, ut contra Evangelium, vel præceptum Apoſtoli. cap. ſunt, qui dicunt, circ. princ. 27. q. 2. & gloſſ. in d. §. niſi rigor. in verb. ut plerique & eſt debita diſpenſatio, ubicunque perſona, res, locus, & cauſa exigit, cap. 1. & per tot. 29. diſt. & gloſſ. in cap. domino

ſancto, in verb. neceſſe ſit. 50. diſt. permiſſa, ea eſt, quæ rationabiliter, & non neceſſario ſit, ut, quando ſit propter prærogativam meritum, quam ſolus Princeps in genere quiſque ſuo in duplicibus exercet, & Epicoſopus in ſimplicibus. Hoſt. in ſum. de ſil. preb. circ. ſin. verſ. alia rationabilis, & in quibus Papa, in quibus verò Epicoſopus poſſit diſpenſare, infra patebit.

Papa ¶ in omni caſu, & impedimento à jurè humano, ſive poſitivo inducto diſpenſare poſſeſt, quia eſt loco Petri, & quoniam vetus, 24. q. 1. & Vicarius Jeſu Chriſti, cap. 1. 2. & 4. de tranſlat. Epicoſo.

**4** Et poſſeſt etiam ¶ ex cauſa, ſua conſtitutione, vel reſcripto, jus divinum interpretari, & limitare, licet in totum tollere non poſſit, quia eſt immutabile, clem. ne romani, in princ. de elect. Innoc. in cap. 2. in ſin. de bigam. & Feli. poſt alios, quos citat. in cap. qua in eccleſiarum, num. 19. de conſtit. & in pluribus ¶ ſolus Papa poſſeſt diſpenſare.

**6** Primò ¶ in pluritate Epicoſopatuum, aut quorumcunque aliorum beneficiorum curam animarum habentium, aut aliàs perſonalem reſidentiam requirentium, quæ ſunt incompatibilia, ut cap. ſanctorum, 70. diſt. cap. de multa. de præbend. cap. ordinarii, de off. ord. in 6. cap. execrabilis, §. quia verò, in extravag. com. & Concil. Trid. cap. 2. 4. & 5. ſeſſ. 7. de reform.

Secundò ¶ ad plura beneficia, quàm duo ſimplicia, etiam quantuncunque tenuis redditus, ſolus Papa diſpenſare poſſeſt. conc. Tridentin. cap. 17. de reform. ſeſſ. 24. & ita fuit à ſacr. congrega-  
tione